



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ulrichi Hvteni Eqvitis Germani Opera Poetica

Hutten, Ulrich von

[Frankfurt am Main], 1538

VD16 H 6395

Avtor Theologitis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13027

TRIUMPHVS

Quenq; suo titulo uideo impartire salutem.
Omnibus his non uilis honor, omnesque uirenti
Fronde coronat helyx. Da nunc, da Phorca triūpho,
Da pompaq; locum. Nunc tu, communiter omnis
Nunc læta, atq; hilari percussa ad sidera uoce.

Parasceue Dicat lo, si se nouit Germania, dicat.

Hoc omnes uincunt, hoc omnes iure triumphant,
Moribus atq; animis istis, uirtutibus istis.
Quiq; sequestratis uitios, et fraude remota
Vixerunt, quiq; immunes scelerumq; malorumque
Exegere dies, studiosaque pectora ueri,
Innocuique omnes, et quorum libera corda
Pro Christo fuerant, et religione parentum,
Et certare uiris, et ferre extrema parati,
Quique odio fratres eneruatosque Sophistas,
Ob scelus, aut certe ob cuncta ignorantia corda
Sectati fuerant, iterumque iterumque triumphent.
Et titulo Capnionis ouent, sua gloria dignis
Eueniat, sed nunc Capnioni ex omnibus uni
Dicit lo, quia se nouit Germania, dicit.

FINIS Triumphi.

AVTOR THEOLOGISTIS.

LAQUEUM sumite Theologistæ. Viginti amplius
sumus in infamiam ac perniciem uestram coniu-
rati. Debetur hoc Capnionis innocuiae, debetur ue-
stro sceleri, debetur Reipub, literariæ. Imò bono hoc
quo

CAPNIONIS.

quodam sit Christianæ religionis fato, cui uos obsecrata luce, pudēdas inuexistis ienebras, quibus nos expulsis ac effugatis, Christianum dijs atq; hominibus plaudentibus illustrabimus orbem. Renatus est Hieronymus. Nouum Testamentum lucem induit. Multa ex Hebreo, multa ex Græcis eruuntur. Ardet opus. Interea uos quid agitis, cur quis Theologos uocet? Nempe hoc, ut agemus hæc Capnionem, literis ac temporum nostrorum gloriæ adimatis. Proinde laqueum sumite. Multorum ore uobis canitur, quorū non idcirco sum ego optimus, quia primus, sed idcirco primus, quia minime patiens moræ, vos igitur maleo coniurati, adeste, incubite, ruptus carcer est, ita etiā alea regredi non licet, obscuris uiris laqueū probui, nos uiciissim herbam sumemus.

IN LAVDEM REVERENDISSIMI ALBERTI ARCHEPISCOPI MOGUNTINI, VLRICI DE HUT. EQ. GER. PANEGLYRICUS.

AD CLARISSIMUM EQVITEM EX
celuolsum de Lapide Sueuum, Magistrum Curiae, et
civitatis Moguntinæ Præfectum, Vlrichi
de Hutton Eq. Ger. in Panegyricum sequentem
præfatio.

N

